



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Geroldvs M. 7. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Oportet inter fluctus saeculi confugere ad Mar-
iam, & respectu exempli ejus cursum vita dirige-
re: quod qui fecerit, non jaſtabitur vana gloria
vito, nec frangetur scopulis aduersorum, nec absorbe-
bitur voragine voluptatum, sed prosperè ad aterne
pietis portum veniet. S. Epiph. in Panar.

S. G E R O L D V S M . 7. Octobris.

GE R O L D V S à puero pietatem ducem secutus
facile ad ipsa adyta virtutis penetravit, mul-
tas tamen idencidem pro castitate pugnas pugna-
vit, vincendus, nisi aliis armis, quam nunc amat
adolescentia, usus fuisset. Nimirum hodie nativâ
in galea suâ tam molliter cristata frons ictus Cu-
pidinis eludet? in thorace tam vulnerato non
minus lacer animus tela improba repellet? tot
vincula etsi serica, vincula tamen, fugam in hâc
luctâ tam laudatam promovebunt scilicet? Aliter
GEROLDVS noster pugnavit. Ille fame hostem
obfidere, ille animum precibus, pectus cilicio,
manum flagello obarmare, toties vîctor, quoties
cæsus, & aversis vulneribus nobilior, quam ad-
versis Romanus: quæ ille tunc potissimum non
horruit, cum inter pias commentationes cæsum
Ducem ob oculos Christum posuit. Has vîctorias
cum per Hispanias & Italias circumfulisset, jam-
que Palestinam etiam meditaretur, militem suum
Superi ad triumphum evocarunt. Etenim cum
pagum Cremonæ vicinum transiret, latrones
duo, quò in insidias pertraherent GEROLDVM,
litem ex composito adsimularunt. Hic nempe,
quò digladiantes dirimeret, illicò accurrit. At illi
jam dudum in mortem innocentis amici cadu-
catorē suum multis plagis confecerunt, interque
silvas

494 VITÆ S A N C T O R U M . 7. Octob.

filias abdiderunt. Sed excivit urbem urbisque

Pontificem æs campanum suâ sponte sonans, &

ut Martyr faciliter reperitur, prodigiosa lumina

cælum accedit. Ex Ferrar.

Mentem tuam superna patriæ amor accendat,
premia mansura sollicitent; & ad venturi Iudicii
promissiones semper aspiret, atque ex temporalibus
eterna mercetur. S. Gregor. Regist. I. 7. c. 14.

S. OSITHA V I R G O . 7. Octobri.

Q uantum, ô parentes, educatio præstat l'quantum, ô liberi, quibus cum vitam à teneris societis, interest! OSITHA regii sanguinis in Anglia puellâ in Parthenone non profano, sed sacro edeta, quantum splendoris coronæ Anglicæ conciliavit! Et verò jam tunc prodiit cælum, quam curæ illi sit juventus probè instituta, & majoribus suis morigera. Missa OSITHA cum libro transpontem, & turbine ab hoc dejecta, undis hausta credebatur. Sed Angelorum præsidio, tertio die prodiit numquati mergenda innocentia. Sub hac in thori societatem à rege Sigero invitatur. Sed dum rex venatur feras, virgo ut Cupidinis retia effugeret, binos Episcopos advocat, & ab his relata in Christi nuptiarū numerum transit. Indoluit rex; sed quod Deo nollet rivalis esse, potestatem fecit è suo thalamo, in Christi, hoc est coenobium, transeundi. In hoc ne regiæ sponsæ purpura deflet, ferro à Danis pro fide ceditur. Memoratur verò funus suis non alienis pedibus ambulasse, & caput abscessum ad usque templum extulisse, atque ibi demum, cum manibus templi janam pulsasset, placide procubuisse. Fuit etiam qui morbo ad extrema deductus OSITHAM in vota vocavat.